The ‘Harleian’ Recension of *Historia Brittonum*

© Keith J Fitzpatrick-Matthews 2016

Introduction

The text of *Historia Brittonum* found in British Library MS Harley 3859 contains one of the fullest versions of the text of this ninth-century Welsh Latin composition and has formed the basis of most editions of the work to be published. It is the only manuscript to contain the Welsh Annals (known as *Annales Cambrię*) and Welsh Genealogies (known as the Harleian Genealogies); other manuscripts showing the same peculiarities as this (notably the inclusion of Saxon genealogies and notes concerning north British history) clearly belong to the same family or recension, making it clear that none of the additional Welsh material belongs with *Historia Brittonum*. It is widely regarded as the closest recension to the archetype of the work, although its degree of closeness has been a matter for some debate.

That it contains at least two layers of revision from the original is demonstrated by several features. Firstly, the presence of a dating clause in its Chapter XII, which give a date of 857/8, in direct contradiction of the date of 829 provided in Chapters II and X. That the date of 857/8 is not an error for 829 is guaranteed by its mode of calculation in terms of the nineteen-year Easter cycle, which leaves no room for doubt about its validity. Secondly, the Saxon genealogies and ‘Northern History’ are found in no other recensions: it is hard to explain their loss. Finally, this family contains readings that are clearly inferior to those in other recensions, a feature that can only be explained in terms of a hypexemplar that was already at least one stage removed from the archetype.

The textual tradition

Five complete witnesses to the text are known, of which three are derivative of one of the extant manuscripts. The best known, and the manuscript that has given its name to the recension as a whole, is British Library MS Harley 3859 (**H**; Mommsen’s and Dumville’s H). Deriving from a different archetype from H, British Library MS Royal 15 A XXII/British Library MS Cotton Vespasianus D XXI (**K**; Mommsen’s K and Dumville’s R) has three copies: British Library MS Cotton Vespasianus B XXV (**I**; Mommsen’s *spec*. 2, Dumville’s C), Salisbury Cathedral MS 146 (**J**; Dumville’s S) and British Library MS Cotton Vitellius A XIII (**T**; Mommsen’s *spec*. 1, Dumville’s R).

That the text does not derive directly from the version of 857/8 (here termed the Rhodrician Text, **ρ**) is shown by the differences between the hypothesised archetype of this recension (the text reconstructed here, **η**) and the archetype of the Pseudo-Gildas text (**γ**) that demonstrate that the latter is not a simple derivative of the Harleian.

H BL Harley 3859 (Stevenson's A, Petrie's X, de la Borderie's 1, Mommsen's H, Dumville 1975's H)

End of the eleventh century, small folio (or large octavo (Petrie & Sharpe, 1848, p. 68)) on vellum, used as the basis of Stevenson's and Mommsen's editions text; added to Harleian Library 5 January 1729. Stevenson wrongly suggested that it was once a Montaubon (Quercy) possession (Stevenson, 1838, p. xxi). It is very poorly written (Dumville, 1975, pp. 124-30).

K BL Cotton Vespasianus D XXI/ BL Royal 15 A XXII (Ussher's N; Gale's E; Stevenson's B, Petrie's Y, de la Borderie's 5, Mommsen's K, Dumville 1975's R)

First half of the twelfth century, small quarto (or medium folio (de la Borderie, 1883, p. 114)) on vellum, very similar to and occasionally better than H; it lacks chapter divisions (Stevenson, 1838, p. xxii). From the Priory of St Andrew, Rochester (Dumville, 1975, pp. 130-133).

I BL Cotton Vespasianus B XXV (Stevenson's C, Petrie's Z, de la Borderie's 3, Mommsen's spec. 2, Dumville 1975's C)

1110×40, small folio (or medium quarto (Petrie & Sharpe, 1848, p. 68)) on vellum, with the title *narratio de britonibus et de miraculis britanniae* (Stevenson, 1838, p. xxii). A product of Christ Church, Canterbury and a copy of K (Dumville, 1975, pp. 134-6).

T BL Cotton Vitellius A XIII/ BL Royal 15 B XI (Ussher's O; Stevenson's F, Petrie's AA, de la Borderie's 13, Mommsen's spec. 1, Dumville 1975's V) [33/49]

Beginning of the fourteenth century, small quarto on vellum (Stevenson, 1838, p. xxiv). A copy of K, from St Andrew's, Rochester (Dumville, 1975, pp. 137-40).

Oxford Bodleian James 18 [47]

A modern copy, dated 1625×38, by Richard James contains extracts from K (Dumville, 1975, p. 134).

Cambridge Trinity O.5.37 [34]

A late seventeenth century copy, collated with Gale's text and probably by Gale; a copy of T (Dumville, 1975, p. 140).

BL Harley 624 [23]

A copy for Sir Simonds d'Ewes, from the first quarter of the seventeenth century; a copy of K (Dumville, 1975, pp. 133-4).

Partial witnesses

(62) BL Cotton Titus A XXVII (Dumville 1975's A)

c 1200, St Augustine's Canterbury; extracts from a manuscript no longer surviving but related to the ancestor of K (Dumville, 1975, pp. 141-3).

(63) BL Cotton Domitian A VIII (Dumville 1975's F)

c 1100, Christ Church, Canterbury; extracts from a manuscript similar to H (Dumville, 1975, pp. 143-5).

Chronica Imperfecta Oxford Bodleian Lat. Misc. D 13/30/14 (Dumville 1975's I) [64]

First half of the twelfth century, copied from a manuscript independent of any surviving (Dumville, 1975, pp. 145-8).

Liber Floridus Ghent University Library 92 (Dumville 1975's L) [45]

1120, St Bavo, Ghent; extracts independent of any surviving manuscript (Dumville, 1975, pp. 148-50).

J Salisbury Cathedral 146 (Dumville 1975's S) [48]

Twelfth century, English; probably a copy of K, perhaps via an interediary (Dumville, 1975, pp. 136-7). Although Dumville lists it among his complete witnesses to the text, it contains only the *Mirabilia* and is therefore counted among the partial witnesses here.



Bibliography

Narratio de Britonibus et de miraculis Britannię

I a principio mundi usque ad diluuium anni duo milia ducenti quadraginta duo; a diluuio usque ad abraham anni nongenti quadraginta duo; ab abraham usque ad moisen anni sexcenti quadraginta; a moyse usque ad dauid anni quingenti; a dauid usque nabuchodonosor anni sunt quingenti sexaginta nouem.

II ab adam usque transmigracionem babilonię anni sunt quattuor milia octingenti[1] septuaginta nouem; a transmigracione babilonię usque ad christum quingenti sexaginta sex. ab adam uero usque ad passionem christi anni aunt quinque milia ducenti uiginti octo.

a passione autem christi peracti sunt anni septingenti nonagenta sex. ab incarnatione autem eius anni sunt octingenti <triginta unus>[2]. prima igitur aetas mundi ab adam usque ad noe; secunda a noe usque ad abraham; tercia ab abraham usque ad dauid; quarta ętas a dauid usque ad danielem; quinta ętas a daniele usque ad iohannem baptistam; sexta a iohanne baptista usque ad iudicium in quo dominus noster iesus christus ueniet iudicare uiuos ac mortuos et sęculum per ignem.

III brittannia insula, a quodam bruto consule romano dicta. hęc consurgit ab affrico[3] boreali[4] ad occidentem uersus, octingentorum in longitudine milium, ducentorum in latitudine spatium habet. in ea sunt uiginti octo ciuitates et innumerabilia promontoria[5] cum innumeris castellis ex lapidibus et latere fabricatis. et[6] in ea habitant quattuor gentes – scotti, picti, saxones atque brittones[7]. tres magnas insulas habet, quarum una uergit contra armoricas[8] et uocatur[9] inis gueith[10]. secunda sita est in umbilico[11] maris inter hiberniam[12] et brittanniam et uocatur nomen eius eubonia, id est manau. alia sita est in extremo limite orbis brittannię ultra pictos et uocatur orc[13]. sic in prouerbio antiquo dicitur, quando de iudicibus uel regibus sermo fuit: 'iudicauit brittanniam cum tribus insulis'. sunt in ea multa[14] flumina quę confluunt ad omnes partes, id est ad orientem, ad occidentem, ad meridiem, ad septentrionem[15], sed tamen duo[16] flumina pręclariora ceteris fluminibus, tamesis[17] ac sabrinę[18], quasi duo brachia brittannię, per quę[19] olim rates uehebantur ad portandas diuitias pro causa negotiationis.

IIII Brittones olim, implentes eam, a mari usque ad mare iudicauerunt. Si quis scire uoluerit quo tempore post diluuium habitata est hęc insula, hoc experimentum

---

[1] quingenti trecenti *H*
[2] *correctly* uiginti nouem
[3] affrica *I*
[4] boriali *H*
[5] promuntoria *(63), Liber Floridus*
[6] *I inserts* et
[7] britones *k*
[8] armonicas *H, Liber Floridus,* armoricos *(62), (63)*
[9] et uocatur *omitted by k*
[10] gueiht *(63),* gueth *Liber Floridus*
[11] umbiculo *H, I*
[12] hyberniam *T*
[13] orch *T, Liber Floridus*
[14] multa *omitted by k*
[15] semptentrionem *H*
[16] sunt *has been lost*.
[17] tanesis *H*
[18] sabrina *(62), Liber Floridus*
[19] quam *H*

bifarie inueni. in annalibus autem romanorum sic scriptum[20] est. aeneas post troianum bellum, cum ascanio filio suo, uenit ad italiam[21] et, superato turno, accepit lauiniam, filiam latini, filii fauni, filii pici, filii saturni, in coniugium. et post mortem latini, regnum obtinuit[22] romanorum uel latinorum. aeneas autem albam condidit, et postea uxorem[23] duxit et peperit[24] ei filium nomine siluium. siluius autem duxit uxorem; et grauida fuit; et nuntiatum est aeneae quod nurus sua grauida esset. et misit ad ascanium filium suum ut mitteret magum suum ad considerandam uxorem ut exploraret quid haberet in utero, si masculum uel feminam. et magus considerauit uxorem et reuersus est. propter hanc uaticinationem magus occisus est[25] ab ascanio, quia dixit ascanio quod masculum haberet in utero mulier: "et filius mortis erit quia occidet[26] patrem suum et matrem suam et erit exosus omnibus hominibus." sic euenit. in natiuitate illius mulier mortua est et nutritus est filius, et uocatum est nomen eius britto[27]. post multum interuallum iuxta uaticinationem[28] magi, dum ipse ludebat cum aliis, ictu sagittę occidit patrem suum non de industria sed casu. et expulsus est ab <italia et arminilis[29] fuit>[30]. et uenit ad insulas maris tyrreni[31] et expulsus est a gręcis causa occisionis turni, quem aeneas occiderat. et peruenit ad gallos usque, et ibi condidit ciuitatem turonorum quę uocatur turnis. et postea ad istam peruenit[32] insulam quę a nomine suo accepit nomen, id est brittanniam; et impleuit eam cum suo genere, et habitauit ibi. ab illo autem die habitata est brittannia usque in hodiernum diem.

V aeneas autem regnauit tribus annis apud latinos. ascanius[33] regnauit annis triginta septem, post quem[34] siluius aeneae filius regnauit annis duodecim; postumus[35] annis triginta nouem, a quo albanorum reges siluii appellati[36] sunt, cuius frater erat britto[37].

quando regnabat britto[38] in brittannia, heli sacerdos iudicabat in Israel et tunc arca[39] testamenti ab alienigenis possidebatur; postumus[40] frater eius apud latinos regnabat.

VI post interuallum multorum annorum, non minus octingentorum, picti uenerunt et occupauerunt insulas quę uocantur orcades. et postea ex insulis uastauerunt regiones multas et occupauerunt eas in sinistrali plaga brittannię; et manent ibi usque in hodiernum diem. terciam partem brittannię tenuerunt, et tenent usque in hodiernum diem.

VII nouissime autem scotti uenerunt a partibus hispanię ad hiberniam[41]. primus autem uenit partholomus cum mille hominibus de uiris et mulieribus. et

---

[20] scriptus *T*
[21] ad italiam uenit *T*
[22] optinuit *I, K*
[23] *R inserts gloss* id est labinam
[24] pepperit *T*
[25] est *omitted by I*
[26] occideret *H*
[27] bruto *k,* brutus *(62)*
[28] uatinationem *K*
[29] armillis *I,* armilis *K, T*
[30] *Perhaps to be restored* italiae terminis. fugit
[31] tirreni *H,* tyreni *(62)*
[32] peruenit ad istam *T*
[33] aschanius *T*
[34] quam *H*
[35] posthumius *H*
[36] apellati *H, I*
[37] bruto *k*
[38] bruto *k,* brutus *(62)*
[39] archa *I, T*
[40] postumius *H*
[41] hyberniam *T*

creuerunt usque ad quattuor milia hominum; et uenit mortalitas super eos et in una septimana omnes perierunt, et non remansit ex illis[42] etiam unus.

VIII secundus ad hiberniam uenit[43] nimeth, filius quidam agnominis, qui fertur nauigasse super mare annum et dimidium et postea tenuit portum in hibernia[44], fractis nauibus eius[45], et mansit ibidem per multos annos. et iterum nauigauit cum suis et ad hispaniam reuersus est. et postea uenerunt tres filii militis hispanię cum triginta ciulis apud illos et cum[46] triginta coniugibus in unaquaque ciula. et manserunt ibi per spatium unius anni. et postea conspiciunt turrim uitream in medio mare[47] et homines conspiciebant super turrim. et querebant loqui ad illos et[48] numquam respondebant. et ipsi uno anno ad obpugnationem[49] turris pręparauerunt[50] cum omnibus ciulis suis et cum omnibus mulieribus, excepta una ciula quę confracta esset naufragio, in qua erant uiri triginta totidemque mulieres. et alię naues nauigauerunt ad expugnandam turrim. et dum omnes descenderant in littore quod erat circa turrim, operuit illos[51] mare et demersi sunt et non euasit unus ex illis. et de familia illius ciulę quę relicta est propter fractionem, tota hibernia[52] impleta est usque in hodiernum diem. et postea uenerunt paulatim a partibus hispanię et tenuerunt regiones plurimas. nouissime uenit damhoctor et ibi habitauit cum omni genere suo usque hodie. in brittanniam istoreth istorim[53] filius tenuit dalrieta[54] cum suis. builc autem cum suis tenuit euboniam insulam et in[55] alis[56] circiter. filii autem liethan obtinuerunt[57] in regionem demetorum et in[58] aliis regionibus (id est guir[59], cetgueli) donec expulsi sunt a cuneda[60] et a filiis eius ab omnibus brittannicis regionibus.

VIIII si quis autem scire uoluerit quando uel quo tempore[61] fuit inhabitabilis et deserta hibernia[62], sic mihi[63] peritissimi scottorum nuntiauerunt. quando uenerunt filii israhel per mare rubrum [64], ęgyptii[65] uenerunt et secuti sunt eos[66] et demersi sunt, ut in lege legitur. erat uir nobilis de scithia cum magna familia apud ęgiptios et expulsus est a regno suo, et ibi erat quando ęgiptii mersi sunt. et non perrexit ad persequendum[67] populum dei. illi autem qui superfuerant inierunt consilium ut expellerent illum ne regnum illorum obsideret et occuparet quia fortes illorum demersi[68] erant in rubrum[69] mare[70]. et expulsus est at ille per quadraginta et[71] duos annos[72] ambulauit per affricam[73]. et uenerunt ad aras philistinorum[74] et per lacum <palmarum>[75]; et uenerunt inter rusicadam[76] et montes azarię; et uenerunt per flumen maluam et transierunt per maritana ad

---

[42] eis *k*
[43] uenit ad hiberniam *k*
[44] hiberniam *I,* hybernia *T*
[45] suis *k*
[46] cum *omitted by k*
[47] mari *k*
[48] et *omitted by H*
[49] oppugnationem *k*
[50] properauerunt *H*
[51] eos *T*
[52] hybernia *T*
[53] istorum *k,* storim *Liber Floridus*
[54] dalneta *I, T,* dalbrieta *Liber Floridus*
[55] malis *k*
[56] alis *omitted by k*
[57] optinuerunt *T*
[58] in *omitted by k*
[59] guhir *k*
[60] cumeda *k*
[61] quo tempore uel quando *k*
[62] hybernia *T*
[63] michi *H*
[64] per mare rubrum filii israhel *H*
[65] ęgiptii *H*
[66] eos *omitted by H*
[67] sequendum *H*
[68] dimersi *H*
[69] rubro *T*
[70] mari *T*
[71] et *omitted by T*
[72] annos et duos *H*
[73] affrica *K, I*
[74] filistinorum *H, T*
[75] salinarum
[76] iusicadam *I,* rusicadem *Liber Floridus*

columnas[77] herculis. et nauigauerunt tyrrenum[78] mare et peruenerunt ad hispaniam usque, et ibi habitauerunt per multos annos. et creuerunt et multiplicati sunt nimis, et gens illorum multiplicata est nimis. et postea uenerunt ad hiberniam[79] post mille et duos annos postquam mersi sunt ęgiptii in rubrum mare et ad regiones <darieta>[80], in tempore quo regnabat brutus apud romanos a quo consules esse cęperunt. deinde tribuni plebis ac dictatores[81] et consules rursum rem publicam[82] obtinuerunt[83] per annos quadringentos[84] quadraginta septem, quę prius regia dignitate damnata[85] <fuerant>[86]. brittones uenerunt in tercia ętate mundi ad brittanniam; scotti autem in quarta obtinuerunt[87] hiberniam[88]. scotti autem, qui sunt in occidente, et picti de aquilone pugnabant unanimiter[89] et uno impetu contra brittones indesinenter[90], quia sine armis utebantur brittones. et post multum interuallum temporis romani monarchiam totius mundi obtinuerunt[91].

X a primo anno quo saxones uenerunt in brittanniam usque ad annum quartum mermini regis supputantur anni quadringenti[92] uiginti nouem.

XI a natiuitate domini usque ad aduentum patricii ad scottos quadringenti quinque anni sunt. a morte patricii usque ad[93] obitum sanctę brigidę sexaginta anni; a natiuitate columbę usque mortem brigidę[94] quattuor anni sunt.

XII **initium compoti.**
uiginti tres cicli[95] decennouenalis[96] ab incarnatione domini usque ad aduentum patricii in hiberniam[97], et ipsi annos efficiunt numero quadringentos triginta octo. et ab aduentu patricii usque ad ciclum[98] decennouenalem[99] in quo sumus, uiginti duo cicli sunt: id est quadringenti uiginti unus sunt (duo anni in ogdoade) usque in hunc annum in quo sumus.

XIII aliud experimentum inueni de isto bruto[100] ex ueteribus libris ueterum nostrorum. tres[101] filii noe diuiserunt orbem in tres partes post diluuium. sem in asia, cham[102] in affrica, iafeth[103] in europa dilatauerunt terminos suos[104].

XIIII primus homo uenit ad[105] europam de genere iafeth[106] alanus cum tribus filiis suis quorum nomina sunt hessicio[107], armeno[108], negue. hessicio[109] autem habuit filios quattuor; hi[110] sunt francus, romanus, britto[111], albanus. armenon autem

---

77 columpnas *H, Liber Floridus*
78 terrenum *H*
79 hyberniam *T*
80 dalrieta *in other recensions*
81 ditatores *k*
82 plubicam *H,* pubblicam *T*
83 optinuerunt *T*
84 quadrintos *I*
85 dampnata *H, T*
86 fuerat *in other recensions*
87 optinuerunt *T*
88 hyberniam *T*
89 unianimiter *H*
90 indesinter *H*
91 optinuerunt *T*
92 *T inserts* et
93 ad *omitted by I, K*
94 sexaginta anni; a natiuitate columbę usque mortem brigidę *omitted by k*
95 clici *H*
96 decennouennalis *k*
97 hyberniam *T*
98 cliclum *H*
99 decennouennalem *k*
100 brutto *H*
101 ttres *H*
102 cam *T*
103 iapheth *T,* iaphet *(62)*
104 suos *omitted by k*
105 primus homo uenit ad *omitted by k*
106 iapheth *I, T, (62)*
107 hessitio *H,* hesitio *(62)*
108 armenio *k, (62)*
109 hissitio *H*
110 ii *I, K,* hii *T*
111 bruto *I,* brito *T*

habuit quinque filios: gothus, ualagothus, gebidus, burgandus, longobardus. neugo autem habuit[112] tres filios: uandalus[113], saxo, boguarus.

XV ab hisicione[114] autem ortę sunt quattuor gentes: franci, latini[115], albani et[116] britti[117]. ab armenone autem quinque: gothi, ualagothi[118], gebidi, burgundi[119], longobardi. a neguio[120] uero quattuor: boguarii, uandali[121], saxones et taringi. istę autem gentes subdiuisę sunt per totam europam. alanus autem, ut aiunt, filius fuit fethebir[122], filii ougomun, filii thoi[123], filii boib, filii simeon[124], filii mair, filii aurthach, filii oth, filii abir, filii ra, filii ezra, filii izrau, filii baath[125], filii iobaath, filii iouan, filii iafeth[126], filii noe, filii lamech, filii matusalem[127], filii enoch, filii iareth, filii malaleel, filii cainan, filii enos, filii seth, filii adam, filii dei uiui. hanc peritiam inueni ex traditione ueterum qui incolę in primo fuerunt brittannię.

XVI **brittones a bruto**

brutus filius hisicionis[128]; hisicion[129] alanei; alaneus filius reae, filię siluię[130] reae, filię numę pampilii[131], filii ascanii[132]; ascanius filius aeneae, filii anchise, filii troi, filii dardani, filii flise, filii iuuani, filii iafeth[133]. iafeth uero septem filios habuit[134]: primus gemer[135], a quo galli; secundus magog, a quo scithas et gothos; tercius madianus[136], a quo medos; quartus iuuan, a quo gręci; quintus tubal, a quo hebrei[137] et hispani et itali; sextus mosoch, a quo cappadoces[138]; septimus tiras[139], a quo traces. hi[140] sunt filii iafeth[141], filii noe, filii lamech. et redeam nunc ad id de[142] quo digressus sum.

XVII romani autem, dum acciperent dominium totius mundi, ad brittannos miserunt legatos ut obsides et censum acciperent ab illis, sicut accipiebant ab uniuersis regionibus et insulis. brittanni autem, cum essent tiranni[143] et tumidi, legationem romanorum contempserunt. tunc iulius cęsar, cum accepisset singulare imperium primus et obtinuisset[144], iratus est ualde. et uenit ad brittanniam cum sexaginta ciulis, et tenuit in ostium tamesis, in quo naufragium perpessę sunt naues illius dum ipse pugnabat apud dolobellum qui erat proconsul regi brittannico, qui et ipse bellinus uocabatur, et filius erat minocanni qui occupauit omnes insulas tyrreni[145] maris. et iulius[146] reuersus est sine uictoria, cęsis militibus et fractis nauibus. et iterum post spatium trium annorum uenit cum magno exercitu trecentisque ciulis; et peruenit usque ad ostium[147] fluminis quod

---

112 *H inserts* autem
113 uadalus *k*
114 hisitione *H,* hessicione *I,* hesitione *(62)*
115 latani *T*
116 et *omitted by T, (62)*
117 bruti *k*
118 uualagotti *(62)*
119 burgandi *H, (62)*
120 neugone *I,* negiuo *T,* negnio *(62)*
121 uuandali *T, (62)*
122 fetebir *H,* sethebyr *Liber Floridus*
123 thoy *T*
124 symeon *k*
125 baaz *T*
126 iapheth *T, (62)*
127 matusalam *I, K,* mathussalam *T,* matusale *(62)*
128 hisitionis *H,* hesicionis *I,* esitionis *(62)*
129 hisition *H,* hesicion *I*
130 silueę *I, K*
131 pamphilii *I,* pomilii *(62)*
132 ascani *I, K,* aschani *T*
133 iapheth *T, (62)*
134 habuit semptem filios *H*
135 gomer *(62)*
136 a quo galli; secundus magog, a quo scithas et gothos; tercius madianus *omitted by H*
137 ebrei *H*
138 capadoces *T, (62)*
139 tyras *T, (62)*
140 ii *I, K,* hii *T*
141 afeth *I, K,* iapheth *T*
142 a *T*
143 tyranni *T*
144 optinuisset *T*
145 tirrini *H*
146 *k and Liber Floridus insert* cęsar
147 hostium *H*

uocatur tamesis. et ibi inierunt bellum, et multi ceciderunt de equis[148] militibusque suis quia supradictus proconsul posuerat sudes ferreos et semen bellicosum – id est cethilou[149] – in uada fluminis. discrimen magnum fuit militibus romanorum et ars inuisibilis, et discesserunt sine pace in illa uice. gestum est bellum tercio[150] iuxta locum qui dicitur trinouantum[151]; et accepit iulius imperium brittannicę gentis quadraginta et[152] septem annis ante natiuitatem christi, ab initio autem mundi quinque milia annorum[153] ducenti[154] quindecim.

XVIII iulius[155] igitur primus in brittanniam[156] peruenit et regnum et gentem tenuit. et in honorem illius[157] quintilem mensem 'iulium' debere romani decreuerunt[158] uocari. et idibus martis gaius iulius cęsar in curia occiditur, tenente octauiano[159] augusto monarchiam totius mundi. et censum a brittannia ipse solus accepit, ut uirgilius ait: 'purpurea[160] intexti tollunt aulea brittanni'.

XVIIII secundus post hunc claudius imperator uenit et in brittannia imperauit annis quadraginta octo post aduentum christi et stragem et bellum fecit magnum, non absque[161] detrimenta militum. tamen uictor fuit in brittannia. et postea cum ciulis[162] perrexit ad orcades insulas[163] et subiecit sibi et fecit eas tributarias. in tempore illius quieuit dari[164] censum[165] romanis a brittannia, sed brittannicis imperatoribus redditum[166] est. regnauit annis tredecim mensibus octo[167]. cuius monumentum in mongantia apud longobardos ostenditur; dum ad romam ibat, ibi defunctus est.

post centum et sexaginta septem annos post aduentum christi, lucius brittannicus rex, cum omnibus regulis totius brittannicę gentis, baptisimum suscepit, missa legatione ab imperatoribus[168] romanorum et a papa romano euaristo[169].

XX tercius fuit seuerus qui transfretauit ad brittannos ubi, ut receptas prouintias ab incursione barbarica faceret tutiores, murum et aggerem a mari usque ad mare per latitudinem brittannię, id est per[170] centum triginta duo milia passuum, deduxit et uocatur brittannico sermone guaul. propterea iussit fieri inter brittones et pictos et scottos, quia scotti ab occidente et picti ab aquilone unanimiter[171] pugnabant contra brittones[172], nam et ipsi pacem inter se habebant. et non multo post, intra brittanniam seuerus moritur.

XXI quartus fuit caritius[173] imperator et tirannus[174] qui et ipse in brittanniam uenit tirannide[175] quia propterea tirannus[176] fuit pro occisione seueri. et cum

---

148 de equis *omitted by T*
149 cetilou *H,* cechilou *k*
150 tercium *k, Liber Floridus*
151 trinouatum *k*
152 et *omitted by H*
153 annorum *omitted by H*
154 ducentorum *H*
155 *k inserts* cęsar
156 brittanni *I*
157 ipsius *T*
158 decreuere *I*
159 octouiano *T*
160 porporea *H*
161 asque *H*
162 *H inserts gloss* id est nauibus
163 insolas *H*
164 dare *H*
165 censum dari *T*
166 creditum *I*
167 octo mensibus *k, Liber Floridus*
168 imperatore *k*
169 eucharisto *H,* eleuthero *Liber Floridus*
170 per *omitted by H*
171 unianimiter *H*
172 brittannois *k,* britannos *Liber Floridus*
173 karitius *H*
174 tirrannus *I,* tyrannus *T*
175 tirrannide *I,* tyrannide *T*
176 tirrannus *I,* tyrannus *T*

omnibus[177] ducibus romanicę gentis qui erant cum eo in brittanniam[178], transuerberauit omnes regulos brittannorum, et uindicauit ualde seuerum ab illis. et purpuram brittannię occupauit.

XXII quintus constantinus, constantini magni filius, fuit. et ibi moritur, et sepulchrum illius monstratur iuxta urbem quę uocatur cair segeint, ut litterę quę sunt in lapide tumuli ostendunt. et ipse seminauit tria semina, id est auri, argenti, aerisque, in pauimento supradictę ciuitatis, ut nullus pauper in ea habitaret unquam. et uocatur alio nomine minmanton[179].

XXIII sextus maximus imperator regnauit in brittannia. a tempore illius consules esse cęperunt et cęsares nunquam appellati sunt postea. et sanctus martinus in tempore illius claruit in uirtutibus et signis; et cum eo locutus[180] est.

XXIIII septimus imperator regnauit in brittannia[181] maximianus. ipse perrexit cum omnibus militibus brittonum a brittannia. et occidit gratianum, regem romanorum, et imperium tenuit totius europę. et noluit dimittere milites qui perrexerunt cum eo a[182] brittannia[183] ad uxores suas et ad filios suos et ad possessiones suas; sed dedit illis multas regiones a stagno quod est super uerticem montis iouis usque ad ciuitatem quę uocatur cantguic et usque ad cumulum occidentalem, id est cruc ochidient. hii[184] sunt brittones armorici, et numquam reuersi sunt huc usque in hodiernum diem. propter[185] hoc[186] brittannia occupata est ab extraneis gentibus et ciues expulsi sunt usque dum deus auxilium dederit illis. in ueteri traditione seniorum nostrorum, septem imperatores fuerunt a romanis in brittannia; romani autem dicunt nouem.

XXV octauus[187] fuit alius seuerus qui aliquando in brittannia manebat, aliquando ad romam ibat; et ibi defunctus est.

XXVI nonus fuit constantius. ipse regnauit sexdecim annis[188] in brittannia; et in sexto decimo anno imperii sui obiit in brittannia. hucusque regnauerunt romani apud brittones quadringentis et nouem annis. brittones autem deiecerunt regnum[189] romanorum, neque censum dederunt illis neque reges illorum acceperunt ut regnarent super eos[190]; neque romani ausi sunt ut uenirent brittanniam ad regnandum amplius, quia duces illorum[191] brittones occiderant.

XXVII iterum repetendus est sermo de maximiano tiranno[192]. gratianus cum fratre ualentinano[193] regnauit sex annis; et ambrosius, mediolanensis episcopus, clarus habetur in catholicorum dogmate. ualentianus[194] cum theodosio regnauit annis octo. sinodus[195] constantinopolim[196] colligitur a trecentis decem et octo patribus, in qua omnes hereses dampnantur[197]; ieronimus tum presbiter bethleem[198] toto

---

177 omnibus *omitted by k*
178 brittannia *k*
179 minimanton *T*
180 loquutus *T*
181 in britannia regnauit imperator *T*
182 ad *H*
183 brittanniam *H*
184 hi *T, Liber Floridus*
185 propterea *T, Liber Floridus*
186 hoc *omitted by T, Liber Floridus*
187 ooctauus *I*
188 annis *omitted by I, K*
189 regnum deiecerunt *I*
190 illos *k*
191 eorum *T, Liber Floridus*
192 tyranno *k*
193 ualentiano *k*
194194 *corrected in H to* ualentinianus
195 synodus *k*
196 costannipolm *T*
197 damnantur *I, K*
198 beethleem *I*

mundo claruit. dum gratianus imperium regebat in toto mundo, in brittannia per seditionem militum maximus imperator factus est; qui mox dum in gallias[199] transfretaret, gratianus parassis[200] meroblaudis[201] magistri militum proditione superatus est, et fugiens lugdoni captus atque occisus est[202]. maximus uictorem filium suum consortem facit. martinus, turonensis episcopus, in magnis uirtutibus claruit. post multum interuallum temporis a ualentiniano et theodosio consulibus in tercio[203] ab auuileua lapide spoliatus indumentis regis sistitur et capite dampnatur[204]; cuius filius uictor eodem anno[205] ab argeste comite interfectus est in gallia[206].

XXVIII tribus uicibus occisi sunt duces romanorum a brittannis. brittones autem[207], dum anxiebantur a barbarorum gentibus, id est scottorum et pictorum, flagitabant auxilium romanorum. et dum legati mittebantur, cum magno luctu et cum sablonibus super capita sua intrabant et portabant magna munera secum consulibus romanorum pro admisso scelere occisionis ducum. et suscipiebant consules[208] grata dona ab illis. et promittebant cum iuramento accipere iugum romanici iuris, licet durum fuisset. et romani uenerunt cum maximo[209] exercitu ad auxilium eorum, et posuerunt imperatores in brittannia; et, composito imperatore cum ducibus, reuertebantur exercitus ad romam usque. et sic alternatim per trecentis et quadraginta octo annos faciebant[210]: brittones autem propter grauitatem imperii occidebant duces romanorum, et auxilium postea petebant. romani autem ad imperium auxiliumque et ad uindicandum ueniebant; et, spoliata brittannia[211] auro argentoque cum aere et omni preciosa ueste et melle, cum magno triumpho[212] reuertebantur.

XXVIIII factum est autem post supradictum bellum, id est quod fuit inter brittones et romanos quando duces illorum occisi sunt, et occisionem maximi tiranni[213], transactoque romanorum imperio in brittannia, per quadraginta annos fuerunt sub metu. guorthigirnus[214] regnauit in brittannia; et dum ipse regnabat in brittannia, urgebatur a metu pictorum scottorumque et a romanico[215] impetu necnon et a timore ambrosii.

XXX interea uenerunt tres ciulę a germania expulsę in exilio, in quibus erant[216] hors et hengist qui et ipsi fratres erant, filii guictglis[217], filii guitta[218], filii guectha, filii uuoden, filii frealaf, filii fredulf[219], filii finn[220], filii fodepald[221], filii geta qui fuit, ut aiunt, filius dei. non ipse est deus deorum, amen, deus exercituum, sed unus est ab idolis eorum quod ipsi colebant.

---

199 gallianus *T*
200 parasis *I*
201 meroblaudus *H*
202 et fugiens lugduni captus atque occisus est *omitted by k*
203 terci *k*
204 damnatur *I, K*
205 anno eodem *k*
206 peractis a mundi initio annis v^{m}dcxc *omitted by the archetype*
207 autem *omitted by T*
208 duces *T*
209 magno *T*
210 fatiebant *T*
211 brittannica *H*
212 trihumpho *T*
213 tyranni *T*
214 guortigirnus *T*
215 romano *I, Liber Floridus*
216 erat *T*
217 guitglis *T*
218 guicgta *I,* guigta *K*
219 fredul *K*
220 fin *k*
221 fodebald *I,* fodepald *T*

XXXI guorthigirnus[222] suscepit eos benigne, et tradidit eis insulam quę in lingua eorum uocatur tanet[223], brittannico sermone ruoihm[224]. regnante[225] gratiano secundo equantio, saxones a guorthigirno[226] suscepti sunt anno trecentesimo quadragesimo septimo post passionem christi.

XXXII in tempore illius uenit sanctus germanus ad prędicandum in brittannia et claruit apud illos in multis uirtutibus; et multi per eum salui facti sunt, et plurimi perierunt. aliquanta miracula quę per illum[227] fecit deus scribenda decreui. primum miraculum de miraculis eius. erat quidam rex iniquus atque tirannus[228] ualde, cui nomen erat benli. illum uir sanctus uoluit uisitare et properare ad iniquum regem ut prędicaret illi. at cum ipse homo dei uenisset[229] ad hostium[230] urbis cum comitibus suis, uenit portarius et salutauit eos. et miserunt eum ad regem. et rex durum responsum[231] dedit illis, et cum iuramento dixit "si fuerint uel si[232] manserint usque ad caput anni, non uenient unquam in medio urbis meę". dum ipsi expectarent ianuatorem[233] ut nuntiaret illis sermonem tiranni[234], dies declinabat ad uesperum et nox appropinquabat. et nescierunt quo irent.

XXXIII interea uenit unus de seruis regis e medio urbis et inclinauit se ante uirum dei. et nunciauit illis omnia uerba tyranni[235] et inuitauit illos ad casam suam. et exierunt cum eo; et benigne suscepit eos. et ille nichil habebat de omnibus generibus iumentorum excepta una uacca cum uitulo; et occidit uitulum et coxit et posuit ante illos. et pręcepit sanctus germanus ut non confringeretur os de ossibus eius et sic factum est. et in crastino uitulus inuentus est[236] ante matrem suam, sanus et uiuus incolumisque. iterum de mane surrexerunt ut impetrarent salutationem tiranni[237]. at ipsi cum orarent et expectarent iuxta portam arcis, et ecce uir unus currebat et sudor illius a uertice ad plantas pedum distillabat. inclinauit[238] se ante illos. et dixit sanctus germanus "credis in sancta trinitate?" et respondit illi[239] "credo." et baptizauit[240] eum[241] et osculatus[242] est[243]. et dixit illi "uade in pace. in ista hora morieris, et angeli dei in aere expectant te ut gradieris cum illis ad deum cui credidisti." et ipse lętus intrauit in arcem; et pręfectus tenuit illum et alligauit et, ante tyrannum ductus, interfectus est, quia mos erat apud nequissimum tyrannum nisi quis ante solis ortum peruenisset ad seruitutem in arce interficiebatur. et manserunt tota die iuxta portam ciuitatis, et non impetrauerunt[244] ut salutarent tyrannum. solito ex more supradictus affuit seruus; et dixit illi sanctus germanus "caue ne unus homo maneat de hominibus tuis in ista nocte in arce." et ipse[245] reuersus est[246] in arcem et deduxit filios suos quorum numerus erat nouem; et ipsi ad supradictum hospicium cum ipso reuersi sunt. et pręcepit sanctus germanus manere eos ieiunos et, clausis ianuis, dixit

---

222 guortigirnus *T*
223 tenet *I*
224 ruoihin *T*
225 regnanne *H*
226 guortigirno *T,* gorthingerio *Liber Floridus*
227 eum *I*
228 tyrannus *T, Liber Floridus*
229 uenit *T*
230 ostium *T*
231 rosponsum *I*
232 si *omitted by T, Liber Floridus*
233 ianitorem *Liber Floridus*
234 tyranni *K, T, Liber Floridus*
235 tiranni *I*
236 inuentus est uitulus *T*
237 tyranni *k, Liber Floridus*
238 inclinabat *H*
239 illis *k, omitted by Liber Floridus*
240 baptizatus *H*
241 est *H*
242 osculauit *H*
243 eum *H*
244 inpetrauerunt *H*
245 *K, I insert* est
246 est *omitted by I*

“uigilantes estote. et si quid[247] euenerit in arce, nolite aspicere, sed orate indesinenter et ad deum uestrum clamate.” et post modicum interuallum noctis ignis de cęlo cecidit et combussit arcem et omnes homines qui cum tyranno erant. et nusquam apparuerunt usque in hodiernum diem; et arx non ędificata est usque hodie. in crastino die ille uir qui hospitalis fuit[248] illis credidit; et baptizatus est cum omnibus filiis suis, et omnis regio cum eis. cui nomen erat catel[249]. et benedixit ei, et addidit et dixit “non deficiet rex de semine tuo (ipse est catell durnluc) et tu solus rex eris ab hodierna die.” et sic euenit. et impletum est quod dictum est per prophetam, dicentem: ‘suscitans de puluere egenum, et de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principibus et solium glorię teneat.’ iuxta uerba sancti germani rex de seruo factus est; et omnes filii eius reges facti sunt, et a semine illorum omnis regio pouisorum regitur usque in hodiernum diem.

XXXIIII factum est autem postquam metati sunt saxones in supradicta insula tenet[250], promisit rex supradictus dari illis uictum et uestimentum[251] absque defectione. et placuit illis, et ipsi promiserunt expugnare inimicos eius fortiter. at illi barbari cum multiplicati essent numero, non potuerunt brittones cibare illos. cum postularent cibum et uestimentum sicut promissum erat illis, dixerunt brittones “non possumus dare uobis cibum et uestimentum, quia numerus uester multiplicatus est. sed recedite a nobis, quia auxilio uestro non indigemus.” et ipsi consilium fecerunt cum maioribus suis ut pacem disrumperent. hencgistus[252] autem, cum esset uir doctus atque astutus et callidus, cum explorasset[253] super regem inertem[254] et super gentem illius quę sine armis utebatur, inito consilio dixit ad regem brittannicum “pauci sumus. si uis, mittemus ad patriam nostram et inuitemus milites de militibus regionis nostrę[255] ut amplior sit numerus ad certandum pro te et pro gente tua.” et ille imperauit ut facerent. et miserunt et legati transfretauerunt trans tythicam uallem. et reuersi sunt cum[256] ciulis sedecim[257] et milites electi uenerunt in illis. et in una ciula ex eis[258] uenit puella pulchra facie atque decorosa ualde, filia hencgisti[259]. postquam autem uenissent ciulę, fecit hencgistus[260] conuiuium guorthigirno[261] et militibus suis et interpreti suo qui uocatur ceretic. et puellam iussit ministrare illis uinum et siceram[262]; et inebriati sunt et saturati sunt nimis. illis autem bibentibus, intrauit satanas in corde guorthigrni[263] ut amaret puellam. et postulauit eam a patre suo per interpretem suum, et dixit “omne quod postulas a me impetrabis, licet dimidium regni mei.” et hencgistus[264] inito consilio cum suis senioribus qui uenerunt secum de insula oghgul[265] quid peterent regi pro puella, unum consilium cum illis[266]

---

[247] *H inserts* aliquid
[248] erat *T*
[249] catell *k*
[250] tanet *Liber Floridus*
[251] uestitum *T, Chronica Imperfecta*
[252] hengistus *T,* hengest *Liber Floridus,* hængistus *Chronica Imperfecta*
[253] explorassit *K*
[254] inhertem *H*
[255] nostrę regionis *H*
[256] cum *omitted by k*
[257] sexdecim *T, Liber Floridus*
[258] illis *T*
[259] hengisti *I, T, Chronica Imperfecta* hengesti *Liber Floridus*
[260] hengistus *T,* hengest *Liber Floridus*
[261] guortigitno *T,* gorthigerio *Liber Floridus*
[262] ciceram *T*
[263] in corde guorthigirni intrauit sathanas *I, K,* in corde guortigirni intrauit sathanas *T*
[264] hengistus *T, Chronica Imperfecta,* Hengest *Liber Floridus*
[265] aggul *Liber Floridus*
[266] illis *omitted by T*

omnibus fuit ut peterent regionem quę in lingua eorum uocatur canturguoralen[267], in nostra autem cent[268]. et dedit illis, guoyrancgono[269] regnante in cantia. et inscius erat quia regnum ipsius[270] tradebatur paganis, et ipse solus in potestatem illorum clam dari. et sic data est puella illi in coniugium; et dormiuit cum ea et amauit eam ualde. et dixit hencgistus[271] ad guorthigirnum[272] "ego sum pater tuus[273] et consiliator tui ero[274]. et noli pręterire consilium meum unquam, quia non timebis te superari ab ullo homine neque ab ulla gente, quia gens mea ualida est. inuitabo filium meum cum fratueli[275] suo, bellatores enim uiri sunt, ut dimicent contra scottos; et da illis regiones quę sunt in aquilone, iuxta murum qui uocatur guaul." et iussit ut inuitaret eos; et inuitauit[276] octha et ebissa cum[277] quadraginta ciulis. at ipsi, cum nauigarent circa pictos, uastauerunt orcades[278] insulas et uenerunt et occupauerunt regiones plurimas ultra mare frenessicum usque ad confinium pictorum. et hencgistus[279] semper ciulas ad se paulatim[280] inuitauit, ita ut insulas ad quas uenerant absque habitatore relinquerent. et dum gens illius creuisset et[281] in uirtute et in multitudine, uenerunt ad supradictam ciuitatem cantorum.

XXV nam super omnia mala adiciens, guorthigirnus[282] accepit filiam sui[283] uxorem sibi; et peperit[284] ei filium. et hoc cum conceptum[285] esset a sancto germano, eum corripere uenit cum omni clero brittonum. et dum conuenta esset magna sinodus[286] clericorum ac laicorum in uno concilio, ipse rex pręmonuit filiam suam ut exiret ad conuentum et ut daret filium suum in sinum germani et ut diceret quod ipse erat pater filii. et mulier fecit sicut erat edocta. germanus autem eum benigne accepit, et dicere cępit "pater tibi ero, nec te permittam nisi michi nouacula cum forcipe pectineque detur et ad patrem tuum carnalem tibi dare licetur." et obaudiuit puer et usque ad auum suum, patrem carnalem, guorthigirnum[287] perrexit. et puer illi dixit "pater meus es: caput meum tonde, et comam capitis mei." et ille siluit et tacuit et puero respondere noluit, sed surrexit et iratus est ualde ut a facie sancti[288] germani fugeret. et maledictus est et dampnatus[289] a sancto germano et omni brittonum concilio[290].

XXXVI et postea rex ad se inuitauit[291] magos suos, ut quid faceret ab eis interrogaret. at illi dixere "in extremas fines regni tui uade, et arcem munitam inuenies ut te defendes[292], quia gens quam suscepisti in regno tuo inuidet tibi et te per dolum occidet et uniuersas regiones quas amaras occupabit cum tua uniuersa gente[293]

---

[267] canturgoralen *T,* cantia guoralen *Chronica Imperfecta*
[268] kent *I, Liber Floridus,* chent *T*
[269] guoyrangono *T,* goyrangono *Liber Floridus*
[270] illius *k, Liber Floridus*
[271] hengistus *T, Chronica Imperfecta,* hengest *Liber Floridus*
[272] guortigirnum *T,* uurtgerno *Chronica Imperfecta*
[273] tuuus *H*
[274] ero *omitted by k*
[275] fratrueli *T, Liber Floridus,* fratruele *Chronica Imperfacta*
[276] inuitati *H*
[277] cum *omitted by H, k*
[278] ordaces *H,* orcadas *Chronica Imperfecta*
[279] hengistus *T,* hengest *Liber Floridus*
[280] paulatim ad se *T, Liber Floridus*
[281] et *omitted by k, Liber Floridus*
[282] guortigirnus *T,* gorthingerius *Liber Floridus*
[283] suam *T, Chronica Imperfecta*
[284] pepperit *T*
[285] compertum *Liber Floridus*
[286] synodus *T*
[287] guorthigirni *H,* guortigirnum *T*
[288] sancti *omitted by k*
[289] damnatus *I, K*
[290] concilium *I, K*
[291] inuitauit ad se *T*
[292] defendas *I, T*
[293] uniuersa gente tua *T*

post mortem tuam." et postea ipse cum magis suis arcem adipisci uenit, et per multas regiones multasque[294] prouincias circundederunt. et illis non inuenientibus, ad regionem quę uocatur guined[295] nouissime peruenerunt. et illo lustrante in montibus hereri, tandem in uno montium loco[296] in quo aptum erat arcem condere adeptus est. et magi ad illum dixere:

XXXVII "arcem in isto loco fac, quia tutissima a barbaris gentibus in ęternum erit". et ipse artifices congregauit, id est lapidicinos, et ligna et lapides congregauit; et cum esset congregata omnia materia, in una nocte ablata est materia. et tribus uicibus iussit congregari; et nusquam comparauit[297]. et magos arcessiuit, et illos percunctatus est quę esset hęc causa malicię et quid hoc eueniret. at illi responderunt "nisi infantem sine patre inuenies[298] et occidetur ille et arx a sanguine suo aspergatur, nunquam ędificabitur in ęternum". et ipse legatos, ex consilio magorum, per uniuersam brittanniam misit utrum infantem sine patre inuenirent. et lustrando omnes prouincias regionesque plurimas, uenerunt ad campum elleti qui est in regione quę uocatur gleguissing. et pilę ludum faciebant pueri; et ecce duo inter se litigabant et dixit alter alteri "o homo sine patre, bonum non habebis." at illi de puero ad pueros diligenter percunctabantur et cunctantes matrem si patrem haberet, illa negauit et dixit "nescio quomodo in utero meo conceptus est sed unum scio, quia uirum non cognoui unquam.'' et iurauit illis patrem non habere. et illi eum secum duxere[299] usque ad guorthigirnum[300] regem et eum insinuauerunt regi. et in crastino conuentio facta est ut puer interficeretur. et puer ad regem dixit "quis tibi monstrauit?" et respondit rex "magi mei mihi dixere." et puer dixit "ad me uocentur." et inuitati sunt magi, et puer illis dixit[301] "quis reuelauit uobis ut ista arx a sanguine meo aspergeretur et, nisi aspergeretur a sanguine meo, in ęternum non ędificabitur? sed, hoc ut cognoscatis, quis mihi[302] de me palam fecit[303]." iterum puer dixit "modo tibi, o rex, eulucubrabo[304] et, in ueritate, tibi omnia satagam. sed magos tuos percunctor quid in pauimento istius loci[305] est. placet[306] mihi[307] ut ostendant tibi quid sub pauimento habetur". at illi dixere "nescimus." et ille dixit "comperior. stagnum in medio pauimenti[308] est[309]. uenite et fodite, et sic inuenietis." uenerunt et foderunt et ruit. et puer ad magos dixit "proferte mihi quid est in stagno." et siluerunt et non potuerunt reuelare illi. et ille dixit illis "ego uobis reuelabo. duo uasa sunt. et sic inuenietis." uenerunt et uiderunt[310] sic. et puer ad magos dixit "quid in uasis conclusis habetur?" at ipsi[311] siluerunt et non potuerunt reuelare illi. at ille asseruit "in medio eorum tentorium est. separate[312] ea, et sic inuenietis. et rex separari iussit, et sic inuentum est tentorium complicatum sicut dixerat. et iterum interrogauit magos eius "quid in

---

[294] multas *I*
[295] guenet *T*
[296] locum *k*
[297] comparuit *K, T*
[298] inuenias *T*
[299] duxerunt *I*
[300] guortigirnum *T*
[301] "quis tibi monstrauit?" et respondit rex "magi mei mihi dixere." et puer dixit "ad me uocentur." et inuitati sunt magi, et puer illis dixit *omitted by k*
[302] michi *H*
[303] facit *T*
[304] *H inserts gloss* id est reuelalabo
[305] loci istius *k*
[306] *k inserts* enim
[307] michi *H*
[308] pauiuenti *H*
[309] esse *T*
[310] foderunt *I*
[311] illi *k*
[312] separatate *H*

medio tentorii est? etiam nunc narrate." et non potuerunt scire. at ille reuelauit "duo uermes in eo sunt, unus albus et alter rufus. tentorium expandite." et extenderunt, et duo uermes dormientes inuenti sunt. et dixit puer "expectate et considerate quid facient uermes." et cęperunt uermes ut alter alterum expelleret; alius autem scapulas suas ponebat ut eum usque ad dimidium tentorii expelleret. et sic faciebant tribus uicibus. tamen tandem infirmior uidebatur uermis rufus[313], et postea fortior albo fuit et extra finem tentorii expulit. tunc alter alterum secutus trans stagnum[314] est et tentorium euanuit. et puer ad magos refert "quid significat mirabile hoc signum quod factum est in tentorio?" et illi proferunt[315] "nescimus." et puer respondit "en reuelatum est mihi[316] hoc misterium[317]. et ego uobis propalabo."

XXVIII "regni tui figura tentorium est. duo uermes duo dracones sunt. uermis rufus draco tuus[318] est et stagnum figura huius mundi est, at ille albus draco illius gentis quę occupauit gentes et regiones plurimas in brittannia et pęne a mari usque ad mare tenebunt. et postea gens nostra surget et gentem anglorum trans mare uiriliter deiciet. tu tamen de ista arce uade, quia ędificare non potes. et multas prouincias circumi[319] ut arcem tutam[320] inuenias. et ego hic manebo." et rex ad adolescentem dixit "quo nomine uocaris?" ille respondit "ambrosius uocor", id est embreis[321] guletic ipse uidebatur. et rex dixit "de qua progenie ortus es?" "Unus est pater meus de consulibus romanicę gentis." et arcem dedit[322] illi cum omnibus regnis occidentalis plagę brittannię. et ipse cum magis suis ad sinistralem plagam peruenit; et usque ad regionem quę uocatur guunnessi affuit et urbem ibi[323] quę uocatur suo nomine cair guorthigirn[324] ędificauit[325].

XXXVIIII interea guorthemir[326], filius guorthigirni[327], cum hengisto[328] et horso et cum gente illorum petulanter pugnabat; et eos[329] usque ad supradictam insulam quę uocatur tanet[330] expulit, et eos ibi tribus uicibus conclusit, obsedit, percussit, comminuit[331], terruit. et ipsi legatos ultra mare usque in[332] germaniam transmittebant uocando ciulas cum ingenti numero bellatorum uirorum[333]. et postea pugnabant contra reges nostrę gentis; aliquando uincebant et dilatabant terminos suos, aliquando uincebantur et expellebantur. et guorthemir[334] contra illos quattuor bella[335] auide gessit: primum bellum super flumen derguentid; secundum bellum super uadum quod dicitur in lingua eorum episford, in nostra autem lingua rit her gabail, et ibi cecidit hors cum filio guorthigirni cuius nomen

---

313 ruphus *H,* ruffus *T*
314 trans stagnum secutus *T*
315 proferunt *omitted by I*
316 michi *H*
317 mysterium *K, T*
318 tuuus *H*
319 circue *k, Chronica Imperfecta*
320 tuam *K*
321 eembreis *I*
322 *Chronica Imperfecta inserts* rex
323 ibi *omitted by T*
324 guoorthigirn *H, K, T, Chronica Imperfecta,* guororthigirn *I,* gorthingerin *Liber Floridus*
325 ędicauit *H, altered to* ędicifiauit
326 guoorthemir *k, Chronica imperfecta,* gorthenyr *Liber Floridus*
327 guorthigir *K, T,* gorthingerii *Liber Floridus,* uuyrtgerni *Chronica Imperfecta*
328 hencgisto *I*, heingisto *T*, hengesto *Liber Floridus*
329 eo *k*
330 taneth *T*
331 cominuit *I*
332 in *omitted by I, K,* ad *T*
333 uirum *I*
334 guothemir *H,* guoorthemir *T, Chronica Imperfecta,* gorthenyr *Liber Floridus*
335 quattuor bella contra eos *T*

erat categirn[336]. tercium bellum in campo[337] iuxta lapidem tituli qui est super ripam gallici maris commisit; et barbari uicti sunt, et ille uictor fuit, et ipsi in fugam uersi[338] usque ad ciulas[339] suas mersi sunt in eas muliebriter intrantes. ille autem post modicum interuallum mortuus est; et ante mortem suam ad familiam suam dixit ut sepulchrum illius in portu ponerent a quo exierant "super ripam maris in quo uobis commendo[340]. quamuis in alia parte portum brittannię teneant[341] et habitauerint, tamen in ista terra in ęternum non manebunt." illi autem mandatum eius contempserunt et eum in loco in quo imperauerat illis non sepelierunt. at barbari reuersi sunt magnopere[342], cum guorthigunus[343] amicus illis[344] erat propter uxorem suam, et nullus illos abigere audaciter ualuit, quia non de uirtute sua brittanniam occupauerunt sed de nutu dei. contra uoluntatem dei quis resistere poterit et nitatus? sed quomodo uoluit dominus, fecit; et ipse omnes gentes regit et gubernat.

XXXX factum est autem post mortem guorthemir, regis guorthigirni filii, et post reuersionem hengisti[345] cum suis turbis, consilium fallax hortati sunt ut dolum guorthigirno[346] cum exercitu suo facerent. at illi legatos ut impetrarent pacem miserunt ut perpetua amicitia inter illos fieret. at ille guorthigirnus cum suis maioribus natu consilium fecerunt et scrutati sunt quid facerent. deinde unum consilium[347] cum omnibus fuit ut pacem facerent. et legati eorum reuersi sunt. et postea conuentum adduxerunt ut ex utraque parte brittones et saxones in unum sine armis conuenirent ut firma amicitia esset. et hengistus omni familię suę iussit ut unusquisque artauum suum sub pede in media ficonis sui poneret "et quando clamauero ad uos[348] et dixero 'eniminit[349] saxas[350]', cultellos uestros ex ficonibus uestris educite et in illos irruite. et fortiter contra illos resistite. et regem illorum nolite occidere, sed eum pro causa filię meę quam dedi illi in coniugium tenete, quia melius est nobis ut ex manibus nostris redimatur." et conuentum adduxerunt, et in unum conuenerunt; et saxones, amicialiter locuti, in mente interim uulpicino more agebant; et uir iuxta uirum socialiter sederunt[351]. hengistus sicut dixerat uociferatus est, et omnes seniores trecenti guorthigirni regis iugulati sunt. et ipse solus captus et catenatus[352] est, et regiones plurimas pro redemptione animę suę[353] illis tribuit, id est estsaxum[354], sutsaxum[355] et ab illicita[356] coniunctione se[357] separaret[358].

sanctus uero germanus guorthigirno prędicabat ut ad dominum suum conuerteret. et ille usque ad regionem quę a[359] nomine suo accepit nomen[360]

---

[336] categirnn *I, K,* categyrn *T,* catægirn *Chronica Imperfecta,* catigerin *Liber Floridus*
[337] caupo *I*
[338] *k inserts* sunt
[339] aulas *I,* caulas *Chronica Imperfecta,* naues *Liber Floridus*
[340] conmendo *H,* commando *k*
[341] brittannię teneant portum *T*
[342] magno opere *H*
[343] guortigirnus *T*
[344] eius *H*
[345] heningisti *T*
[346] guortegirno *T,* uuyrtgernum *Chronica Imperfecta*
[347] fecerunt et scrutati sunt quid facerent. deinde unum consilium *omitted by H*
[348] ad uos *omitted by T*
[349] enimeð *T*
[350] saxes *T*
[351] *k inserts* et
[352] cathenatus *T*
[353] meę *H*
[354] elsaxum *H, I, K* eastsaxum *T*
[355] suðsaxum *T*
[356] illicita ab *I*
[357] se *omitted by k*
[358] et ab illicita coniunctione se separaret *is misplaced in the archetype,* separet *k*
[359] uocatur *T*
[360] accepit nomen *omitted by T*

guorthigirniaun[361] miserabiliter effugit ut ibi cum uxoribus suis lateret. et sanctus germanus post illum secutus est cum omni clero brittonum, et ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus mansit et super petram orabat et die noctuque stabat. et iterum guorthigirnus[362] usque ad arcem guorthigirni[363], quę est in regione demetorum iuxta flumen teibi, ignominiose[364] abscessit[365]. et solito more sanctus germanus eum secutus est, et ibi ieiunus cum omni clero tribus diebus totidemque noctibus causaliter mansit: et in quarta nocte arx tota, medię circa noctis horam, per ignem missum de cęlo ex inprouiso cecidit ardente igne cęlesti. et guorthigirnus[366], cum omnibus qui cum eo erant et cum uxoribus suis, defecit. hic est finis guorthigirni[367] ut in libro beati germani repperi.

alii autem aliter dixerunt. postquam <exorti>[368] fuerint illi omnes homines gentis suę pro piaculo suo, inter potentes et impotentes[369], inter seruum et liberum, inter monachos[370] et laicos, inter paruum et magnum, et ipse dum de loco ad locum uagus erat, tandem cor eius crepuit et defunctus est non cum laude.

alii dixerunt: terra aperta est et deglutiuit eum in nocte in qua combusta[371] est[372] arx circa eum, quia non inuentę sunt ullę reliquię illorum qui conbusti sunt cum eo in arce.

XXXXI tres filios habuit quorum nomina sunt: guorthemir, qui pugnabat contra barbaros ut supra diximus; secundus categirn[373]; tercius pascent qui regnauit in duabus[374] regionibus buelt et guorthegirniaun[375], post mortem patris sui, largiente ambrosio illi qui fuit rex inter omnes reges brittannicę gentis. quartus fuit faustus, qui a filia sua genitus est illi; et sanctus germanus baptizauit illum[376] et nutriuit et docuit. et condidit locum magnum super ripam fluminis quod uocatur renis et manet usque hodie. et unam filiam habuit, quę fuit mater fausti sancti.

XXXXII hęc est genealogia illius quę ad initium retro recurrit: fernmail (ipse est qui regit modo in regionibus duabus buelt et guorthigirniaun[377]), filius teudubr[378]; teudubr[379], ipse est rex buelitię regionis, filius pascent, filii gaidcant[380], filii moriud[381], filii eldat[382], filii edoc, filii paul, filii mepurit, filii briacat, filii pascent, filius guorthigirn[383] guortheu, filius guitataul, filii guitolin, filii gloiu.

bonus, paul, mauron, guotolin quattuor fratres fuerunt, filii gloiu qui ędificauit urbem magnam super ripam fluminis sabrinę, quę uocatur brittannico sermone cair gloiu, saxonice autem gloecester[384]. satis dictum est de guorthigirno et de genere suo.

---

[361] guorthigirniam *I,* guortigirnia *T*
[362] guortigirnus *T*
[363] guortigirni *T,* gorthingerim *Liver Floridus*
[364] igomisione *T*
[365] abcessit *I*
[366] guortigirnus *T*
[367] guorthini *H,* guortigirni *T*
[368] exosi
[369] inpotentes *H*
[370] monacos *T*
[371] conbusta *H*
[372] et *k*
[373] categirnn *I, K,* cathegirn *T,* catigerin *Liber Floridus*
[374] duas *H*
[375] guortegirniaun *I*
[376] eum *I*
[377] guorthegirniaun *I,* guorthigirniaum *T*
[378] teudubir *H*
[379] teudubir *H,* teudurb *K*
[380] gaidgant *I*
[381] moruid *I, T*
[382] eldad *T*
[383] guorthigin *k*
[384] glecester *k*

XXXXIII sanctus germanus reuersus est post mortem illius ad patriam suam. et sanctus patricius erat in illo tempore[385] captiuus apud scottos, et dominus illius nominabatur milchu, et porcarius cum illo erat. et in septimo decimo anno[386] ętatis suę reuersus est de captiuitate. et nutu dei eruditus est postea in sacris litteris. et ad romam usque peruenit et per longum spatium mansit ibidem ad legendum et ad scrutanda misteria[387] dei, et sanctarum scripturarum libros percurrit. nam cum ibi esset per annos septem, missus est palladius[388] episcopus primitus a scelestino[389] episcopo et papa romę ad scottos in christum conuertendos; sed prohibuit illum deus per quasdam tempestates, quia nemo potest accipere quicquam de terra nisi de cęlo datum fuerit[390] illi desuper. et profectus est ille palladius[391] de hibernia[392] et peruenit ad brittanniam; et ibi defunctus est in terra pictorum.

XXXXIIII audita morte palladii episcopi alius legatus patricius, theodosio et ualentiniano regnantibus, a scelestiano[393] papa romano et angelo dei cui nomen erat uictor, momente et[394] suadente[395] sancto germano[396] episcopo[397], ad scottos in fidem[398] christi[399] conuertendos mittitur. misit germanus seniorem cum illo[400] segerum ad quendam hominem mirabilem, summum episcopum amatheam regem, in propinquo habitantem. ibi, sanctus sciens omnia quę uentura essent illi, episcopalem gradum a matheo rege episcopus[401] sanctus accepit et nomen quod est patricius sumpsit quia prius maun uocabatur. auxilius et iserinus et ceteri inferiori gradu[402] simul ordinati sunt[403] cum eo.

XXXXV tunc, acceptis benedictionibus perfectisque omnibus in nomine sanctę trinitatis, paratam ascendit nauim et peruenit ad brittanniam et prędicauit ibi non multis diebus. et amissis omnibus ambulandi anfractibus[404], summa uelocitate flatuque prospero mare hibernicum[405] cum naui descendit[406]. honerata[407] uero nauis cum transmarinis mirabilibus et spiritalibus thesauris perrexit ad hiberniam[408]; et baptizauit eos.

XXXXVI a mundi principio usque ad baptismum hiberniensium[409] quinque milia trecenti triginta anni sunt. in quinto anne loygare regis exorsus est prędicare fidem christi.

XXXXVII sanctus itaque patricius euangelium christi externis nationibus per annos quadraginta prędicabat. uirtutes apostolicas: cęcos illuminabat; leprosos mundabat; demones obsessis corporibus fugabat[410]; surdos audire faciebat; mortuos numero usque[411] ad nouem suscitauit[412]. captiuos multos utriusque

---

385 tempore illo *T*
386 anno *omitted by k*
387 mysteria *k, Liber Floridus*
388 paladius *T*
389 celestino *T,* cęlestino *Liber Floridus*
390 *H repeats* datum fuerit
391 paladius *T*
392 hybernia *T*
393 celestino *Chronica Imperfecta,* cęlestino *Liber Floridus*
394 et *omitted by k*
395 *H inserts* a
396 germano sancto *T*
397 episcopos *k*
398 fidem *omitted by T*
399 christum *T*
400 eo *T*
401 episcopus *omitted by T*
402 gradus *T*
403 sunt *omitted by k*
404 amfractibus *T*
405 hybernicum *I, T*
406 conscendit *I, K,* ascendit *T*
407 onerata *T*
408 hyberniam *T*
409 hibernensium *I, K, Liber Floridus,* hyberniensium *T*
410 fugiebat *k*
411 us *I, K, omitted by T*
412 mortuos numero usque ad nouem suscitabat; mortuos numero usque ad nouem suscitauit *Liber Floridus*

sexus suis propriis donis redemit. scripsit abegetoria trecenta sexaginta quinque aut eo[413] amplius; ecclesias quoque eodem numero fundauit, trecentos sexaginta quinque; ordinauit episcopos trecentos sexaginta quinque, aut eo amplius, in quibus spiritus dei erat. presbiteros autem usque ad tria milia ordinauit; et duodecim milia hominum in una regione conachta ad fidem christi conuertit et baptizauit. quadraginta diebus et quadraginta noctibus in cacumine collis eile ieiunauit, id est cruachan eile.

XXXXVIII in quo colle in[414] aere[415] imminente[416], tres petitiones pro his qui fidem ex hiberniensibus[417] receperunt clementer postulauit. prima petitio eius est, ut dicunt scotti, id est ut susciperet unusquisque pęnitentiam licet in extremo uitę suę statu; secunda, ut ne a barbaris consumentur in ęternum; tercia, ut non superuixerit aliquis hiberniensium[418] in aduentu iudicii, quia delebuntur pro honore patricii septem annis ante iudicium.

XXXXVIIII in ilio autem tumulo benedixit populis hibernię[419], et ideo ascendit ut oraret pro eis et uideret fructum laboris sui. et uenerunt ad eum aues multi coloris innumerabiles ut benediceret illis, quod significat omnes sanctos utriusque sexus[420] hiberniensium[421] peruenire ad eum in die iudicii, ad patrem et ad magistrum suum, ut sequantur illum ad iudicium. postea in senectute bona migrauit ubi nunc lętatur in sęcula sęculorum, amen.

L quattuor modis ęquantur moyses et patricius[422]: id est angelo colloquente in rubo igneo; secundo modo, in monte quadraginta diebus et quadraginta noctibus ieiunauit[423]; tercio modo, similes fuerunt ętate centum uiginti annis; quarto modo, sepulchrum illius[424] nemo scit sed in occulto[425] humatus est nemine sciente.

quindecim annis in captiuitate; in uicesimo quinto anno ab amatheo sancto episcopo subrogatur; octoginta et quinque annorum in hibernia[426] prędicauit. res autem exigebat amplius loqui de sancto patricio, sed tamen pro compendia sermonis uolui breuiare.

LI in illo tempore saxones inualescebant in multitudine et crescebant in brittannia. mortuo autem hengisto[427], octha filius eius transiuit de sinistrali parte brittannię ad regnum cantiorum[428]. et de ipso orti sunt reges cantiorum.

LII tunc arthur[429] pugnabat contra illos in illis diebus cum regibus brittonum[430], sed ipse dux erat bellorum. primum bellum fuit in ostium fluminis quod dicitur[431] glein; secundum et tercium et quartum et quintum super aliud flumen quod dicitur dubglas et est in regione linnuis; sextum bellum super flumen quod uocatur bassas. septimum fuit bellum in silua celidonis, id est cat coit celidon.

---

[413] eo *omitted by k*
[414] in *omitted by H*
[415] mare *H*
[416] inminente *H*
[417] hyberniensibus *T*
[418] hibernensium *I, K,* hybernensium *T*
[419] hybernię *T*
[420] *H inserts* autem
[421] hibernensium *H, I,* hybernensium *T*
[422] patrius *I*
[423] iunauit *I*
[424] illius *omitted by k*
[425] oculto *I*
[426] hybernia *T*
[427] heingysto *T,* hengesto *Liber Floridus*
[428] cantorum *H, Liber Floridus*
[429] arcthur *T*
[430] cum regibus britonum in illis diebus *T*
[431] uocatur *T*

octauum fuit bellum in castello guinnion, in quo arthur[432] portauit imaginem sanctę marię perpetuę[433] uirginis super humeros suos; et pagani uersi sunt in fugam[434] in illo die, et cędes magna fuit super illos per uirtutem domini nostri iesu christi et per uirtutem sanctę marię[435] uirginis genitricis eius. nonum bellum gestum est in urbe legionis. decimum gessit bellum in litore[436] fluminis quod uocatur tribruit[437]. undecimum factum est bellum in monte qui[438] dicitur agned. duodecimum fuit bellum in monte badonis, in quo corruerunt in uno die nongenti sexaginta uiri de uno impetu arthur[439], et nemo prostrauit eos nisi ipse solus. et in omnibus bellis uictor extitit. et ipsi, dum in omnibus bellis prosternebantur, auxilium a germania petebant; et augebantur multipliciter sine intermissione. et reges a germania deducebant ut regnarent super illos in brittannia, usque ad tempus quo ida regnauit qui fuit[440] eobba filius; ipse fuit primus rex in beornica, id est in berneich[441].

LIII uuoden genuit bęldęg; genuit beornec; genuit gechbrond[442]; genuit aluson; genuit inguec; genuit aedibrith; genuit ossa; genuit eobba; genuit[443] ida.

ida autem duodecim filios habuit, quorum nomina sunt: adda, eadldric[444], decdric[445], edric, deothere, osmęr, et unam reginam; bearnoch[446], ealdric.

ealdric genuit eadlfret[447]; ipse est aedlferd[448] flesaur. nam et ipse habuit filios septem quorum nomina sunt: anfrid[449], osguald[450], osbiu[451], osguid, osgudu, oslapf[452], offa.

osguid[453] genuit alcfrid[454] et aelfguini[455] et echfird[456]. echgfrid[457] ipse est qui fecit bellum contra fratruelem[458] suum qui erat rex pictorum, nomine birdei; et ibi corruit cum onmi robore[459] exercitus sui. et picti cum[460] rege suo uictores extiterunt; et nunquam addiderunt saxones ambronum ut a pictis[461] uectigal exigerent a tempore istius belli; uocatur gueith[462] linn[463] garan[464].

osguid autem habuit duas uxores quarum una uocabatur riemmelth[465], filia royth[466], filii rum; et altera uocabatur eanfled[467], filia eadguin, filii alli.

LIIII de genealogia regum cantię[468]

---

432 artur *T, Liber Floridus*
433 perpetuę *omitted by k*
434 *K repeats* uersi sunt in fugam
435 marię *omitted by T, Liber Floridus*
436 littore *k, Liber Floridus*
437 tribuit *k,* tribuith *Liber Floridus*
438 quod *T*
439 artur *T,* arturi *Liber Floridus*
440 fuit *omitted by I*
441 id est im berneich *H,* id est in iberneich *K,* id est in hiberneic *T, omitted by I*
442 gechbront *T*
443 genui *K*
444 ęadldric *H,* eadldric *K,* ealdric *I, T*
445 deodric *T*
446 bearnoc *T*
447 aelfret *H,* eadfreth *T*
448 eadlfret *I, K,* eadfreth *T*
449 anfrit *T*
450 osgual *k*
451 osbui *K, T*
452 oslaf *T*
453 osguit *T*
454 alcfric *I,* ælfric *T*
455 aelfguin *H,* elguine *T*
456 echfrit *T*
457 echfrit *T*
458 fratuelem *I, K*
459 rubore *H*
460 cu *I*
461 picctis *I*
462 gueit *T*
463 lin *H, T,* linii *I*
464 garran *T*
465 riem melth *H,* nem medt *I,* riem medt *K,* riemmeth *T*
466 roith *I*
467 ęnfled *I*
468 de genealogia regum cantię *omitted by k*

hengist[469] genuit octha; genuit ossa; genuit eormoric[470]; genuit ealdbert[471]; genuit ealdbald[472]; genuit ercunbert[473]; genuit ecgberth[474].

LV de ortu regum east anglorum[475]

uuoden genuit casser; genuit titinon[476]; genuit trigil; genuit rodmunt[477]; genuit rippan; genuit guilhelm[478] guechan – ipse primus regnauit in brittannia super gentem eastanglorum[479].

guecha genuit guffan[480]; genuit tydil[481]; genuit ecni[482]; genuit edric; genuit aldulf[483]; genuit elric.

LVI de genealogia merciorum[484]

uuoden genuit guedolgeat; genuit gueagon; genuit guithleg[485]; genuit guerdmund[486]; genuit offa; genuit ongen; genuit eamer; genuit pubba. ipse pubba[487] habuit duodecim filios quorum duo mihi[488] notitiores[489] sunt quam alii, id est penda et eua.

eadlrit[490] filius pantha[491]; penda filius pubba.

eadlbalt[492] filius alguing[493] filius eua, filius penda, filius pubba[494].

ecgfrid[495] filius offa, filius duminfert[496], filius eandulf, filius ossulf[497], filius eaua[498], filius pubba[499].

LVII de regibus deurorum[500]

uuoden genuit beldeyg[501] brond; genuit siggar[502]; genuit sebald; genuit zegulf[503]; genuit soemil: ipse primus separauit deur o birneich[504]. soemil genuit sguerthing[505]; genuit giulglis; genuit usfrean; genuit iffi[506]; genuit ulli; aedguin[507].

osfird[508] et eadfird[509] duo filii edguin[510] erant et cum ipso corruerunt in bello meicen[511]. et de origine illius[512] nunquam iteratum est regnum, quia non euasit

---

469 heingist *T*
470 earmoric *I*
471 ealdberth *I,* ealdberht *K,* ealbert *T*
472 ealbalt *I,* ealbald *T*
473 ercunberth *I,* ercunberht *K,* ercunbert *T*
474 echbert *T*
475 de ortu regum east anglorum *omitted by k*
476 tititon *I*
477 rodmun *k*
478 guillem *H,* guilhelin *k;* genuit *omitted by the archetype*
479 estranglorum *H*
480 gufan *T*
481 tidil *I, K*
482 echni *T*
483 aldul *H,* aldulfh *K*
484 de genealogia merciorum *omitted by k*
485 guytlec *T*
486 guermund *T*
487 puppa *H*
488 mihi *omitted by H*
489 notiores *I,* noticiores *K, T, H inserts* mihi
490 eadlit *H,* ealdrith *T*
491 panta *T*
492 eadlbald *K,* ealbalt *T*
493 alguinhc *K,* algumhc *T*
494 eadlbalt filius alguing filius eua, filius penda, filius pubba *omitted by I*
495 ecgfird *I, K,* echfrit *T*
496 duin inferth *I,* dum infert *H,* dum inferth *K*
497 ossulfh *I, K,* osulf *T*
498 eua *H*
499 pupba *H*
500 de regibus deurorum *omitted by k*
501 beldeyc *T*
502 sygar *T*
503 zegulfh *I, K*
504 birneic *T*
505 guerting *T*
506 yffi *T*
507 aedgum *H,* eadguin *T*
508 offird *I,* osfrid *T*
509 eadfrid *T*
510 edguim *H,* eaguin *I,* eadguin *T*
511 ineicen *k*
512 ipsius *T*

unus de genere[513] illius de isto bello; sed interfecti[514] sunt[515] omnes cum illo ab exercitu catguollauni[516] regis guendotę regionis.

osguid genuit ecgfird[517] (ipse est ecgfird[518] ailguin[519]); genuit oslach[520]; genuit alhun; genuit adlsing[521]; genuit echun; genuit[522] oslaph[523].

ida genuit eadric; genuit ecgulf; genuit liodguald[524]; genuit eatan[525] (ipse est eata[526] glinmaur); genuit eadbirth[527] et ecgbirth[528] episcopum (qui fuit primus de natione eorum).

LVIII de numero annorum quibus regnauerunt[529]

ida, filius eobba, tenuit regiones in sinistrali parte brittannię (id est umbri maris) et regnauit annis duodecim; et unxit[530] dinguayrdi[531] guurth[532] berneich[533].

LVIIII tunc dutigirn in illo tempore fortiter dimicabat contra gentem anglorum. tunc talhaern tat aguen[534] in poemate claruit; et neirin et taliessin[535] et bluchbard[536] et cian (qui uocatur gueinth guaut) simul uno tempore in poemate brittannico claruerunt.

LX mailcunus magnus rex apud brittones regnabat (id est[537] in regione guenedotę[538]), quia attauus illius (id est cunedag), cum filiis suis quorum numerus octo erat, uenerat prius de parte sinistrali (id est de regione quę uocatur manau guotodin) centum quadraginta sex annis antequam mailcun regnaret. et scottos cum ingentissima clade expulerunt ab istis regionibus, et nusquam reuersi sunt iterum ad habitandum.

LXI adda, filius ida, regnauit annis octo. dedlric[539], filius adda, regnauit quattuor annis. deoric[540], filius ida, regnauit septem annis. friodolguald[541] regnauit sex annis, in cuius tempore regnum cantuariorum[542] mittente gregorio baptismum suscepit. hussa[543] regnauit annis septem.

contra illos quattuor reges[544] urbgen et riderch hen et guallanc[545] et morcant[546] dimicauerunt. deodric contra illum urbgen cum filiis[547] dimicabant[548] fortiter. in illo autem tempore aliquando hostes nunc ciues uincebantur. et ipse conclusit eos tribus diebus et tribus noctibus in insula medcaut[549]; et dum erat in

---

513 gere *I, K*
514 interficti *I, K*
515 sunt *omitted by H*
516 catguol launi *H, K,* catguolanni *T*
517 echfrid *T*
518 ocgfird *I, K,* ogfrid *T*
519 ęilguin *T*
520 oslac *I, T*
521 alsing *T*
522 genui *I, K*
523 oslap *T*
524 liodguad *I,* liod guad *K,* liotguad *T*
525 ętan *H,* eathan *T*
526 eatha *T*
527 eadbyrth *H,* eadbrith *T*
528 ecgbirch *I,* ecgbirh *K,* echbir *T*
529 de numero annorum quibus regnauerunt *omitted by k*
530 uncxit *H*
531 dinguardi *T*
532 guurt *T*
533 berneihc *I,* berneic *T*
534 anguen *k*
535 taliesin *T*
536 bluchbar *I, K,* blucbar *T*
537 id est *omitted by T*
538 guendotę *Liber Floridus*
539 eildric *T,* edliryo *Liber Floridus*
540 beoric *Liber Floridus*
541 fridouualdus filius beorich *Liber Floridus*
542 cantiorum *H,* cantuorum *T,* cantię *Liber Floridus*
543 ussa *T,* cysa dux *Liber Floridus*
544 regis *I*
545 guallanch *T,* gualac *Liber Floridus*
546 morchant *T,* morcan *Liber Floridus*
547 cum filiis *omitted by T*
548 dimicabat *k*
549 metcaud *H,* metcaut *T,* morcant *Liber Floridus*

expeditione iugulatus est, morcanto[550] destinante pro inuidia, quia in ipso prę omnibus regibus uirtus maxima erat[551] instauratione belli.

eadlfered[552] flesaur[553] regnauit[554] duodecim annis in berneich[555], et alios duodecim in deur; uiginti quattuor annis inter duo regna regnauit. et dedit uxori suę dinguo aroy quę uocatur bebbab[556], et de nomine suę[557] uxoris suscepit[558] nomen, id est bebbanburh[559].

eoguin[560], filius alli, regnauit annis decem et septem. et ipse occupauit elmet[561] et expulit certic, regem illius regionis. eanfled filia illius duodecimo die post pentecosten[562] baptismum accepit cum uniuersis hominibus suis de uiris et mulieribus cum ea. eadguin[563] uero in sequenti pascha[564] baptismum suscepit, et duodecim milia hominum baptizati sunt cum eo. si quis scire uoluerit quis eos baptizauit, run[565] map[566] urbgen baptizauit[567] eos et per quadraginta dies non cessauit baptizare omne genus ambronum; et[568] per prędicationem illius multi crediderunt[569] christo.

LXII osuuald[570], filius[571] edlfred[572], regnauit nouem[573] annis. ipse est osuuald[574] lamnguinn[575]. ipse occidit catgublaun[576] regem guenedotę[577] regionis, in bello catscaul cum magna clade exercitus sui.

osguid[578], filius eadlfrid[579], regnauit uiginti octo annis et sex mensibus[580]. dum ipse regnabat, uenit mortalitas hominum, catgualatr[581] regnante apud brittones post patrem suum et in ea periit. et ipse occidit pantha in campo gai; et nunc facta est strages gai[582] campi et reges brittonum interfecti sunt qui exierant cum rege pantha in expeditione usque ad urbem quę uocatur iudeu[583].

LXIII tunc reddidit osguid omnes diuitias que erant cum eo in urbe usque in manau[584] pendę et penda distribuit ea regibus brittonum id est atbret[585] iudeu[586]. solus autem catgabail[587], rex guenedotę[588] regionis, cum exercitu suo euasit, de nocte consurgens; quapropter uocatus est catgabail catguommed[589].

---

550 morchanto *T*
551 *T inserts* in
552 eadfered *H,* ealdfret *T,* ealfredus *Liber Floridus*
553 flesaurs *H*
554 cregnauit *H*
555 berneyc *T,* berierich *Liber Floridus-*
556 bebab *I, Liber Floridus*
557 suę *omitted by k*
558 accepit *T*
559 bebbanburth *H,* benbanbuh *I,* bebban burh *T,* babenburch *Liber Floridus*
560 eaguin *T,* eoguyn *Liber Floridus*
561 elinet *I*
562 petecosten *K*
563 eadgum *H*
564 pasca *H*
565 rim *I, T*
566 inap *T*
567 babtizauit *H*
568 et *omitted by T*
569 *H inserts* in
570 osuualdus *Liber Floridus*
571 filius *omitted by T*
572 eadfred *H,* ealfridi *Liber Floridus*
573 x *Liber Floridus*
574 osuual *H*
575 lamnguin *H*
576 catgublan *Liber Floridus*
577 guendotę *Liber Floridus*
578 osuuid *T,* osguyd *Liber Floridus*
579 eadfrid *T,* ealfridi *Liber Floridus*
580 et sex mensibus *omitted by Liber Floridus*
581 catgualart *H,* catgualater *T*
582 giti *k*
583 nideu *T*
584 manu *k*
585 adbret *T*
586 iudeum *k*
587 catgabuil *Liber Floridus*
588 guendotę *Liber Floridus*
589 catguomined *I,* catgominet *T*

ecgfrid[590], filius osbiu[591], regnauit nouem annis. in tempore illius sanctus cudbert[592] episcopus obiit in insula medcaut. ipse est qui fecit bellum contra pictos et corruit ibi.

LXIIII penda, filius pybba[593], regnauit decem annis. ispe primus separauit[594] regnum merciorum[595] a regno nordorum. et onnan, regem easteranglorum[596], et sanctum osuualdum[597], regem nordorum, occidit per dolum. ipse fecit bellum cocboy in quo cecidit eoua filius pippa[598], frater eius rex merciorum[599], et osuuald, rex nordorum; et ipse uictor fuit per diabolicam[600] artem. non erat baptizatus et nunquam deo credidit.

LXV a mundi principio usque ad constantinum et rufum[601] quinque milium sexcenti quinquaginta octo anni reperiuntur[602]. item a duobus geminis rufo[603] et rubelio usque in stillicionem[604] consulem[605] trecenti septuaginta tres anni sunt; item a stillicione[606] usque ad ualentinianum, filium placidę, et regnum guorthigirni[607] uiginti octo anni. et a regno guorthigirni[608] usque ad discordiam guitolini et ambrosii anni sunt duodecim, quod est guoloppum, id est cat guoloph. guorthigirnus[609] autem tenuit imperium in brittannia theodosio et ualentiniano consulibus, et in quarto anno regni sui saxones ad brittanniam uenerunt felice et tauro consulibus, quadringentesimo[610] primo[611] anno ab incarnatione[612] domini nostri iesu christi.

LXVI ab anno quo saxones uenerunt in brittanniam et guorthigirno suscepti sunt usque ad decium et ualerianum, anni sunt sexaginta nouem.

LXVII hęc sunt nomina omnium ciuitatum quę sunt in tota brittannia, quarum numerus est[613] uiginti octo:

cair guorthigirn
cair guinntguic
cair mincip
cair ligualid
cair meguaid
cair colun
cair ebrauc
cair custeint[614]
cair caratauc
cair grauth
cair maunguid
cair lundem[615]

---

590 echfrid *T,* egfridus *Liber Floridus*
591 osbui *k,* osguy *Liber Floridus*
592 cudberd *K,* cuthbert *T,* cuthbertus *Liber Floridus*
593 pibba *T,* pubba *Liber Floridus*
594 reparauit *H, k*
595 mertiorum *I, K, Liber Floridus*
596 easter anglorum *H,* eastanglorum *Liber Floridus*
597 osgualdum *k*
598 pibba *T*
599 mertiorum *I*
600 diaboliticam *K, T*
601 ruffum *T*
602 repperiuntur *T*
603 ruffo *I, K*
604 stillitionem *H*
605 cosulem *K*
606 stiliitione *H*
607 guortigirnum *T*
608 guorthini *k*
609 gorthigirnus *I, K,* guortigirnus *T*
610 *Liber Floridus inserts* et
611 primo *omitted by H*
612 passione
613 est *omitted by I*
614 custoeint *H*
615 lunden *T,* lund… *Liber Floridus*

cair ceint[616]
cair guiragon
cair peris
cair daun
cair legion[617]
cair guricon
cair segeint
cair legion guar usic
cair guent
cair brithon
cair lerion
cair draithou[618]
cair pensa uel coit[619]
cair urnach[620]
cair celemion
cair luitcoyt[621]

LXVIII primum miraculum est stagnum lumonoi[622]. in eo sunt insulę sexaginta et ibi habitant homines; et sexaginta rupibus ambitur et nidus aquilę in unaquaque rupe est; et flumina fluunt sexaginta in eo, et non uadit ex eo ad mare nisi unum[623] flumen, quod uocatur lemn[624].

LXVIIII secundum miraculum ostium transhannoni fluminis, quia in una unda instar montis ad sissam tegit litora[625], et recedit ut cetera maria.

LXX tertium miraculum stagnum calidum quod est in regione huich, et muro ambitur ex latere et lapide facto. et in eo uadunt homines per omne tempus ad lauandum, et unicuique sicut placuerit illi lauacrum sic fiat sibi secundum uoluntatem suam: si uoluerit lauacrum frigidum, frigidum[626] erit; si calidum, calidum erit.

LXXI quartum miraculum est fontes in eadem inueniuntur de salo, a quibus fontibus sal coquitur; inde diuersa cibaria saliuntur. et non prope sunt mari, sed de terra emergunt.

LXXII aliud miraculum est duorig habren, id est duo reges sabrinę. quando inundatur mare ad sissam[627] in ostium[628] sabrinę, duo cumuli spumarum congregantur separatim et bellum faciunt inter se in modum arietum; et procedit unusquisque ad alterum et collidunt se ad inuicem, et iterum secedit alterum[629] ab altero; et iterum procedunt in unaquaque sissa. hoc faciunt ab initio mundi usque in hodiernum diem.

---

616 cent *I, T*
617 legeion *H,* ligion K, legeon *Liber Floridus*
618 draitou *H*
619 coyt *H,* coith *Liber Floridus*
620 urnarc *H*
621 luit coyt *H, k*
622 lumonoy *H, I, Liber Floridus*
623 uinum *I*
624 leinn *H*
625 littora *I, K, T, Liber Floridus*
626 frigidum *omitted by H, I, J, K, Liber Floridus*
627 cissam *T*
628 hostium *I*
629 alter *T, Liber Floridus*

LXXIII aliud miraculum est, id est oper linn[630] liuan. ostium fluminis illius fluit in sabrina, et quando sabrina inundatur ad sissam et mare similiter inundatur[631] in ostio supradicti fluminis, et in stagno ostii recipitur in modum uoraginis mare et non uadit sursum. et est litus iuxta flumen; et quamdiu sabrina inundatur ad sissam[632], istud litus non tegitur. et quando recedit mare et sabrina, tunc stagnum[633] liuan eructat omne quod deuorauit de mari et istud litus[634] tegitur; et instar[635] montis in una unda[636] eructat et rumpit. et si fuerit exercitus totius regionis[637] in qua est et direxerit[638] faciem contra undam, et exercitum trahit unda per uim, humore repletis uestibus, et equi[639] similiter trahuntur. si autem exercitus terga uersus fuerit contra eam[640], non nocet ei unda; et quando recesserit mare, totum tunc litus quod unda tegit retro denudatur et mare recedit ab ipso.

LXXIIII est aliud mirabile in regione cinlipiuc. est ibi fons nomine finnaun[641] guurhelic. non fluit riuus ex[642] eo neque in[643] eo. uadunt homines piscari ad fontem; alii uadunt in fonte[644] ad partem orientis et deducunt pisces ex ea parte, alii ad dextram[645], alii ad sinistram ad occidentemque, et trahuntur pisces ab unaquaque parte. et aliud genus piscium trahitur ex omnibus partibus. magnum mirabile, pisces inueniri[646] in fonte, dum non flumen fluit[647] in eo neque ex eo et in eo inueniuntur quattuor genera piscium. et non est de magnitudine neque de profunditate: profunditas illius usque genua; uiginti pedes sunt in longitudine et latitudine; ripas altas habet ex omni parte.

LXXV iuxta flumen quod uocatur guoy[648] poma inueniuntur super fraxinum in procliuio saltus qui est prope ostio fluminis.

LXXVI est aliud mirabile in regione quę uocatur guent. est ibi fouea a qua uentus inflat per omne tempus sine intermissione; et quando non flat uentus in tempore ęstatis, de ilia fouea[649] incessanter flat ut nemo possit sustinere neque ante foueę profunditatem. et[650] uocatur nomen eius uith guint brittannico sermone, latine autem flatio uenti. magnum mirabile est, uentus[651] de terra flare.

LXXVII est aliud mirabile in guhir[652], altare quod est in loco qui dicitur loyngarth[653] quod nutu dei fulcitur. historia[654] istius[655] altaris melius mihi uidetur narrare quam reticere. factum est autem dum sanctus iltutus orabat in spelunca quę[656] est iuxta mare quod alluit terram supradicti loci. os autem speluncę ad mare est. et ecce nauis nauigabat ad se de mari et duo uiri nauigantes eam. et corpus sancti hominis erat cum illis in naui, et altare supra faciem eius quod nutu dei fulciebatur. et processit homo dei obuiam illis et corpus sancti hominis. et altare

---

630 linii *J*
631 inundatur similiter *H*
632 cissam *T*
633 stangnum *I,* stagn *K, T*
634 litus istud *I, J*
635 instrar *H*
636 *H inserts* deuorauit de mari
637 regionis totius *T*
638 dirrexerit *T*
639 equis *T*
640 eum *I*
641 finnaun *omitted by k*
642 in *T*
643 ex *T*
644 fontem *k*
645 dexteram *k*
646 inueniri *omitted by H*
647 fluit flumen *J*
648 guoi *J*
649 uouea *I*
650 autem *T*
651 euentus *I,* uentum *J, T*
652 guyr *H*
653 loingarch *T,* loringaruch *Liber Floridus*
654 hystoria *T*
655 huius *k*
656 quod *T*

inseparabiliter[657] supra faciem[658] sancti corporis stabat. et dixerunt ad sanctum iltutum[659] “ille homo dei commendauit nobis ut deduceremus illum ad te et sepeliremus eum tecum; et nomen eius non reueles ullo homini ut non iurent per se homines.” et sepelierunt eum; et post sepulturam illi duo uiri reuersi sunt ad nauim et nauigauerunt.

at ille sanctus iltutus[660] ecclesiam fundauit circa corpus sancti hominis et circa altare. et manet usque in hodiernum diem altare nutu dei fulcatum. uenit quidam regulus ut probaret, portans uirgam in manu sua. curuauit eam circa altare[661], et tenuit ambabus manibus uirgam ex utraque parte, et traxit ad se; et sic ueritatem illius rei probauit. et ille postea per mensem integrum non uixit. alter uero sub altare aspexit et aciem oculorum eius amisit; et ante mensem integrum uitam finiuit.

LXXVIII est aliud mirabile in supradicta regione[662] guent. est ibi fons iuxta uallum putei mouric[663], et lignum in medio fontis. et lauant homines manus[664] suas[665] cum faciebus suis, et lignum sub pedibus suis[666] habent quando lauant. nam et ego probaui et uidi. quando mare inundatur ad mallinam, extenditur sabrina super omnem maritimam, et tegit, et usque ad fontem producitur; et impletur fons de sissa sabrinę. et trahit lignum secum usque ad mare magnum et per spatium trium dierum in mare inuertitur; et in quarto die[667] in supradicto fonte inuenitur. factum est autem ut unus de rusticis sepeliret eum in terra ad probandum, et in quarto die inuentus[668] est in fonte; et ille rusticus qui eum abscondidit et sepeliuit defunctus est ante finem[669] mensis[670].

LXXVIIII est aliud mirabile in regione quę dicitur buelt. est ibi cumulus[671] lapidum, et unus lapis superpositus super congestum cum uestigio canis in eo. quando uenatus est porcum troynt[672], impressit caball[673], qui erat canis arthuri[674] militis, uestigium in lapide; et arthur[675] postea congregauit congestum lapidum sub lapide in quo erat uestigium canis sui, et uocatur carnn[676] caball[677]. et ueniunt homines et tollunt lapidem in manibus suis per spatium diei et noctis; et in crastino die inuenitur super congestum suum.

LXXX est aliud miraculum in regione quę uocatur ercing[678]. habetur ibi sepulchrum[679] iuxta fontem qui cognominatur licat[680] anir. et uiri nomen qui sepultus est in tumulo sic uocabatur anir; filius arthuri[681] militis erat, et ipse occidit eum ibidem et sepeliuit. et ueniunt homines ad mensurandum tumulum: in longitudine aliquando sex pedes, aliquando nouem, aliquando duodecim, aliquando

---

[657] imseparabiliter *H*
[658] eius quod nutu dei fulciebatur. et processit homo dei obuiam illis et corpus sancti hominis. et altare inseparabiliter supra faciem *omitted by T*
[659] iltitum *I*
[660] iltitus *I*
[661] *H inserts* ambabus manibus uirgam in manu sua curuauit curuauit eam circa altare
[662] regione supradicta *T*
[663] mounc *I, J, T,* morich *Liber Floridus*
[664] manus *omitted by I, K, T*
[665] suras *T*
[666] suis *omitted by k*
[667] die *omitted by T*
[668] inuentum *Liber Floridus*
[669] finem *omitted by T*
[670] mensem *T*
[671] tumulus *Liber Floridus*
[672] trointh *Liber Floridus*
[673] cabal *H, T, Liber Floridus*
[674] arturi *T, Liber Floridus*
[675] artur *T, Liber Floridus*
[676] carmi *J,* carmy *Liber Floridus*
[677] cabal *H, T, Liber Floridus*
[678] ercingi *J,* ęrcing *Liber Floridus*
[679] speulcrum *J*
[680] licad *T,* lycat *Liber Floridus*
[681] arturi *T, Liber Floridus*

quindecim. in qua mensura metieris eum in ista uice, iterum non inuenies eum in una mensura. et ego solus probaui.

LXXXI est aliud mirabile in regione quę uocatur cereticiaun. est ibi mons qui[682] cognominatur cruc maur[683], et est sepulchrum[684] in cacumine illius. et omnis homo quicunque uenerit ad sepulchrum[685] et extenderit se iuxta illud, quamuis breuis fuerit[686], in una longitudine inuenitur sepulchrum[687] et homo. et si fuerit homo breuis et paruus[688], similiter et longitudinem sepulchri[689]; iuxta staturam hominis inuenitur[690]. et si[691] fuerit longus atque procerus, etiam si fuisset in longitudine quattuor cubitorum, iuxta staturam uniuscuiusque hominis sic tumulus reperitur[692]. et omnis peregrinus tędiosusque homo tres flectiones flectauerit iuxta illud: non erit super se usque ad diem mortis suę, et non grauabitur iterum, ullo tędio, quam abisset solus[693] in extremis finibus cosmi[694].

LXXXII [695]primum miraculum est litus sine mari. secundum miraculum est ibi, mons qui gyratur[696] tribus uicibus in anno. tertium miraculum est: uadum est ibi: quando inundatur mare, et ipse inundatur; et quando decrescit mare, et ipse minuitur.

LXXXIII quartum miraculum est lapis qui ambulat in nocturnis temporibus super uallem ciheinn[697]. et proiectus est olim in uoragine cereuus qui est in medio pelagi[698] quod uocatur menę; et in crastino super[699] ripam supradictę uallis inuentus est sine dubio.

LXXXIIII [700]est ibi stagnum quod uocatur luch[701] lein. quattuor circulis ambitur: prima circulo gronna stanni ambitur; secundo circulo gronna plumbi ambitur; tertio circulo gronna ferri; quarto circulo gronna aeris ambitur. et in eo stagno multę margaritę inueniuntur, quę ponunt reges in auribus suis.

LXXXV est aliud stagnum qui[702] facit ligna durescere in lapides. homines autem[703] fingunt ligna et, postquam formauerint, proiciunt in stagno. et manet in eo usque ad caput[704] anni, et in capite anni lapis repperitur. et uocatur luch echach.

[705]

---

682 quę *H*
683 mair *H,* mayr *Liber Floridus*
684 sepulcrum *J*
685 sepulcrum *J*
686 fuerat *I*
687 sepulcrum *J*
688 paruuus *H*
689 sepulcri *J*
690 inuenies *T*
691 *T repeats* si
692 repperitur *J, T*
693 solus *omitted by T*
694 cosini *J*
695 **de mirabilibus monię insulę** *omitted*
696 giratur *k*
697 citheinn *H,* cihein *J,* cheym *Liber Floridus*
698 pylagi *H*
699 supra *T*
700 de mirabilibus hibernię insulę *omitted*
701 luc *T*
702 quod *Liber Floridus*
703 autem *omitted by J*
704 capud *J*
705 *H inserts* FINIT AMEN*, I inserts* EXPLIC[ITUR]